



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Memorabilivm Societatis Iesv. Sive  
Commentarius quotidianae virtutis, notabilem vnius, vel  
plurium in Societate vitâ functorum, virtute quapiam  
insignium memoriam in menses diesque ...**

**Nádasi, János**

**Antverpiae, 1665**

IV. Die Aprilis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9625**

## IV. DIE APRILIS.

P. G O N Z A L V S  
DE MEDEIROS.

Lustranus  
Vlyssiponæ.  
1552.  
S. Thomæ  
doctrina.

Concionæ.

Deo placere.  
Tentatio.

Angelus.  
Mortis.

Oratio.

**P**rimus in Lustrania se Societati adiunxit, Rodericij socius, postquam in Indiam soluit Xaverius. S. Thomam dicitur totum complexus fuisse memoriâ, tam erat addictus eius doctrinæ, atque sententijs. Acus instar ad inducendum vitæ sanctioris filium in illo fuit concio quædam attentè audita, in qua lux illi oborta est cum audiret, alitia non nisi occisa, & deplumata Regiæ mensæ inferri. Quare statuit mundo ac sibi mori, vt Regi seculorum immortaliter placeret. Valdè tentato, & in se mirificè sauiienti, ac oranti adfuisse fertur Angelus, & dixisse: *Confide: tu saluus eris.* In prandio parcè, in cœna non nisi panis particulam comedebat. Prouincialis factus, effusè in se ipsum crudelis cum esset, momentibus respondebat. Hæc esse sui officij emolumenta, vt nunc plus in se sibi liceat, quàm cum alieno viueret arbitrato. Vesperis tres horas, manè tres alias orando ducebat.

P. I O A N N E S  
RAMIREZ.

Hispanus  
Compluti.  
4. April.  
1586.

**M**agnum in Hispania inter Concionatores nomen fuit Ioannes Ramirez, dicendo, & faciendo potens. Tolerana vrbs nomine publico cum literis hominem certum in Lustraniam destinauit ad B. Borgiam, vt Ramirius Toleti porrò ad conciones retineretur, quippe omnium auri- bus gratus, omnium animis perquisi-

tè salutaris. Valentiaè è triginta proferturi pudoris fœminis, quæ cuidam eius concioni aderant, duæ ac viginti ad castitatis castra sunt repente conuersæ. Salmantica per quadragesimam auditis, Deo illi vocem virtutis dante, ducentos præstantis indolis adolescentes, quos inter Franciscum Suarez, partim ad alios religiosos ordines, partim ad Societatem permouit. Consultricem adhibuit quodam in dubio Dei Matrem coram eius imagine supplex; & imago illi manifestè annuit, capite inclinato, vt fama est. Dubitanti & magis accedenti, atque an id faciendum esset de quo deliberabat, interroganti, & nutu capitis annuente, & voce respondit Virgo: *Ita faciendum esse.* Et res felicem exitum est sortita. Reliqua eius decora dabit vita prolixior; vbi etiam de fœmina nobili quam post mortem ob confessionem præ pudore noxiò sacrilegè factam igne cinctam, ac æternis tormentis addictam vidit, cum coram SS. Sacramento pro illa oraret.

P. P E T R V S  
MAILLEFER.

**M**agnum illi semper desiderium fuit vt se ipso melior semper euaderet, idque curabat assiduè. Idcirco assiduè attendebat ad orandi studium toto pectore augendum semper. Inde illi cum Deo, Dei Matre, atque Angelo custode familiaritas multa; quam creditur Deus illo quoque beneficio coronasse, vt Petro morienti Angelus coram adesset, eumque recrearet.

V. DIE

Concio.

B.V.

Confessio.

Euclia

Gallas Al.  
tiffodori.  
April. 1630

Mort